



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XXVIII. An Baptismus liberet à Lege Ecclesiastica?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

**A D III. & IV.** Somniat, singit, & affingit nobis sua deliria: Ecquæ enim consequentia: profitemur in Baptismo, nos Deo seruituros: verum est: Ergo, dicimus, Baptismi gratia pendet à legis cōditione? Vah putidam consequentiam; sed Kemnitianam, nunquam nostram.

## Q V A E S T I O XXVIII.

*An Baptismus liberet à lege Ecclesiastica?*

**L**UTHERVS in Capt. Babyl. c. de Bapt. Papam non potest ullam hominem per ullam syllabam obligare in conscientia. Idc reo Baptismus, cūm liberet à lege diuina obligante conscientias sic, ut, tametsi peccent in eam, non tamen impunetur: magis liberat ab Ecclesiastib; legibus nil obligantibus, nec reatum inducentibus, et si studiosè peccet, ut in ipsis.

**CALVINVS** in Antidoto Seſt. 7. Can. 8. Lutherum propugnat; impugnat Tridentinum Concilium.

**SVAVENT.** 1. *Vnus est salvator, Iac. 4.* qui potest perdere & salvare: *Vbi hoc falso sum esse demonstrauerint, non recusabimus, quin suis nos legibus adstringant.*

2. Kemnitii in Exam. Per Baptismum addicimus, diuina seruituti: ergo liberantur ab omnibus aliis vinculis. 3. Atque hoc est, quod Scriptura passim docet: Mr. vi. Baptizantes eos in Epc. docentes servare eos, quaecunque mandauit vobis. 4. 1. Cor. 7. Presto emti estis, nolite fieri servi hominum. 5. Col. 2. Simorius, filius cum Christo ab elementis huius mundi; quid adhuc decretis mundi teremini, iuxta manda & doctrinas hominum? Ezech 20. In præceptis Patrum vestrorum nolite ambulare. Matth. 15. Frattra colunt me mandatis hominum.

**A V T O R.** Ita Concil. Trident. Seſt. 7. Can. 8. Non liberat Baptismus homines ab obligatione Ecclesiastice legis. Supra par. 2. q. de Pontif. id docuimus, Papam obligare conscientias posse.

**D I C O A D I.** *Vnus est, contra, & supra quem nemo potest ligat, occidit;* & quis est qui soluat, vivificet? At subdelegatos habet & in Ecclesia, & in Politia.

**S.** Iacobus autem voluit, non detrahendū esse hominibus: *Qui enim ait, detrahit fratri, detrahit legi. Qui detrahit legi, iudicatur legē.* Nullus autem id attentare datur: quia *Vnus est legislator, supremus omnia, tametsi Scriptura etiam hominibus titulum officiumq; iudicis tribuat. Pro 3. Per me Reges regnant, & Legum Conditorum iusta decernunt.*

**A D II.** Liberamur à lege Christo contraria, quæ impedit seruire Deo: at Ecclesiastica iuuat. Vnde Apostolus iubet obediſſi Magistratui: *Eph. 6. Col. 3. Rom. 13. Heb. 13.*

**A D III.** Atqui mandauit obediſſi Prælatis: *Luc. 10. Quis vos audit, me audit.*

**A D IV.** Quatenus contrarii sunt Deo, nolite. Cæteroquin seruite etiam hominibus propter Deum. *Col. 3. Sicut obedire dominis tanquam Christo. Denique suprà q. 19,*

## Q V A E S T I O XXIX.

*An Baptismus liberet à Voto?*

**L**UTHERVS in Capt. Babyl. c. de Capt. & l. de Voto monast. Kemnitius, turbatus cætera, aiunt.

Item CALVINVS in Antid. Seſt. 7. Can. 8. cum assclis affirmat, liberare à Voto & cætis ante, & post futuris, stante vnico bapt. malo. 1. Quia, Deus in Veteri Testamento de singulis disposuit Votis; in Nono nihil. 2. Si voleamus res præceptas, frustat id: Cum Baptismi votum omnia præcepta complectatur: Si non præcepis; Baptismo soluimus. 3. In Baptismo plus volemus, quam soluendo simus: ergo difficit Deo itala promissio.

**A V T O R.** Ita Concilium Tridentinum

